

crucifixi voluit Christianos in proximo passagio captivare? O curta ^{*)} fides, o vultus ^{†)} acerbus ^{u)}, cur erogasti audaciam canibus Sarracenis! O serpens basilisce, cur es ^{v)} conceptus de ^{w)} materia infernali ^{x)}! Draco ^{y)} tu, percussus vana ^{z)} gloria mundiali, in solio regis excelsi ^{a)} extimas te sedere! Surge, qui dormis, quia in te flat virtus angelica, ut imundos ^{b)} spiritus ab ore tuo separet recedendo! *Convertere postmodum ad Dominum Deum tuum* ²⁰⁾, ne cum fautoribus ^{c)} corruas ad inferna ^{d)} velut angelus Lucifer, immunditiae ^{e)} nature ^{f)} sublatus honore. O quanta patientia, humilitas ^{g)} atque virtus est in patre patrum, qui servus dicitur servorum ^{h)} Dei, cum die noctuque cum brachiis stet ⁱ⁾ apertis et dicat: Frederice, veni et domum ingrediere pietatis, iniuriarum oblitus verbis et operibus collatarum ^{k)}, quia in eo dicitur: *remittes fratri tuo septuagies septies* ²¹⁾, et cetera, licet scriptum sit ^{l)}: *evellam de orto fructifero zizaniam, ne* ^{m)} *pereat bonum semen* ²²⁾. Proinde summus ⁿ⁾ antistes excitans dormientes ^{o)} iubilare non cessat Daviticas ^{p)} cantilenas: *Deus, in adiutorium meum intende, Domine, ad adiuvandam festina* ²³⁾ populum Christianum, quoniam ^{q)} lupus rapax a sompno nequiter excitatus invadit gregem tuum ipsum cupiens devorare. Cui subicitur: *Dixit Dominus domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* ²⁴⁾. Datum etc. ^{r)}

^{s)} cura E, rara M, W, errare L ^{t)} vulnus E, L, M, W ^{u)} acerbum E, L, M, W ^{v)} ex E, folgt materia dei contemptus (conceptus E, L, folgt et E) carbo (carbonis E) infernalis E, L, M, W ^{w)} dei F, P ^{x)} infernalis P, V ^{y)} Dico Hss. ^{z)} fehlt F, H, P, V ^{a)} celi E, fehlt L, M, W ^{b)} immundus E, F, P, V, mundus L, M, W ^{c)} factionibus P, V ^{d)} folgt Lucifer velut angelus modice nature elatus E, L, M, W ^{e)} immundici V ^{f)} fehlt P, V ^{g)} humilitas atque virtus fehlt V ^{h)} fehlt L, W, servi F, H, P, servus E, V ⁱ⁾ stat L, M, P, V, W ^{k)} folgt et quia mandato Domini (divino L, M) est commotus E, L, M, W ^{l)} dicat statt scriptum sit E, L, M, W ^{m)} folgt forte E, L, M, W ⁿ⁾ folgt pontifex vel L, M, V, W ^{o)} excitans dormientes fehlt E, L, M, W ^{p)} divinitus L, M, W, Daviticas cantilenas fehlt F, H, P, V, Deus — etc. fehlt L, M, W ^{q)} quoniam — devorare fehlt E ^{r)} Datum etc. fehlt E, P, V, etc. fehlt H.

²⁰⁾ vgl. Osea 14, 2. ²¹⁾ vgl. Matth. 18, 21 f. ²²⁾ vgl. Matth. 13, 24—30. ²³⁾ Ps. 69, 2. ²⁴⁾ Ps. 109, 1.